



# Disputatio medica inauguralis de scorbuto

<https://hdl.handle.net/1874/342352>

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE

# SCORBUTO,

QUAM,  
DIVINA FAVENTE GRATIA,  
*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

## D. M. JOANNIS LUYTS,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis* MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA honoribus & Privilegiis  
ritè consequendis,

*Publico Examini subicit*

JOHANNES BENGEN AURICA, Frisius Orient.

*Ad diem 14. Decemb. horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, cło lcc LXXXVIII.

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE

PRINCIPI ac Domino

CHRISTIANO  
EBERHARDO,

FRISIÆ ORIENTALIS PRINCI-  
PI, DOMINO ESENÆ, STEDES-  
DORPHII ET WITWUNDÆ, LI-  
BERTATIS SALUTISQUE  
PUBLICÆ CLAVUM TENEN-  
TI GENEROSISSIMO, DO-  
MINO MEO CLEMENTISSI-  
MO.

TRAJECTI ad RHENUM  
Ex Officina FRANCISCI HARMÆ, Academicæ  
Typographi, c. l. lxxxviii.

SERENISSIME PRINCEPS  
DOMINE CLEMENTISSIME



Picilegium hoc frugale TE salutans non Animi ex munere exili, sed muneris ex Animo TUI CELSITUDINEM suspiciente æstimum avet. Virtutum TUARUM singulare glomus, quò nostris ingenii viribus enodari nequeat, etiam quod parca pagella, maximè singularis TUA obicem ponat modestia, uti, qui in omnibus laudandus nihil minus tamen quàm laudari admittas, avarè inquam extricat; non eundo inficias, difficile esse breve esse simul & planum, uti brevitate sed docta, & verbis minimè trivialibus omnium maximè in exponendis Heroum meritis. Pietate, Doctrina & quibusvis Excellentiorum hujus ævi Principum dotibus suffultus prima CELSITUDINI TUÆ si non concedantur, saltem debentur loca. Longè enim effulsit Magnificum Tuum Pectus illud, quò exoticas hujus orbis Heroum provincias ex animo visisti feliciterque salutasti. Omnia laudanda peregisti, quibus famam Celsissimi TUI Nominis ad præsens non tantùm seculum (en fatidicum) sed ad omne subsequuturum transfundis. Cui ergo majori jure Medicam hanc de SCORBUTO Dissertatiunculam, rude & incultum opus tamen tenuis ingenii mei rudimentum, sacram facerem, quàm TIBI, PRINCEPS CELSISISIME & DO-

MINE CIEMENTISSIME, qui solidissimam virtutum  
catenam velut hæreditariam generosè vindicâsti, & ad in-  
columitatem FRISIÆ Orientalis, TUO Nomini sacro  
gradu tripudiantis divinitùsve TUÆ curæ concrediti po-  
puli porrò per dies asseris, lubens ignoravi. Id aliàs per-  
pendendum esset, pessimè me audire debere, si nullum  
debitæ gratitudinis signum curarem extare; solum *inquam*  
signum, nam gratum me unquam futurum animus am-  
bigit. Non tamen sum animi dubius, Disciplinâ *Apollinis*  
*Musarum* præsidis, cui *Delphica* tellus, & *Claros* & *Tenedos*  
*Patareæ*que regia servit, in conspectu CELSITUDINIS  
TUÆ comparere magnum quàm sit; enimverò adest mi-  
hi fiducia; quippe SÈRENISSIMA CELSITUDINE  
TUA in Majestatem Principatûs FRISIÆ hæreditariò  
succedente, ultrò TIBI IPSI persuasisti; *Heroum Filios,*  
*non priùs ad Martis castra quàm Artis astra pertigerint, esse*  
*dimittendos.* Atque adeò studiorum & experientiarum a-  
mœnitates PRINCEPS CLEMENTISSIME IPSE-  
MET prono affectu amplexus es, uti otia & negotia &  
vitæ commoda ad nostram utilitatem conferres. Palàm  
meherculè est, TUAM industriam non admirari, clien-  
tis improbi esse, ingrati benignitatem negligere, inhumani  
diligentiam ignorare. Aditum liberalibus artibus sal-  
vum fieri debere comprobâsti, IPSE bono exemplo præ-  
visti, ut quæ laboriosa fuerant juventuti negotia, tan-  
dem aliquando evaderent jucunda senectuti otia. Tan-  
tumne pressisti PRINCEPS CELSISISIME Justitiæ pol-  
licem, ut habeas proprium, non tam TIBI, quàm aliis  
prodesse,

prodesse, recto animi sensu ferri, ut pravis obicem pone-  
re potis sis, & bonis subvenire quàm plurimis? Ita-  
ne tandem commovit Patriæ charitas, ut & SOCIAM  
PRINCIPEM ad SEMEN DEO quarendum Malac.  
2. 12. Augustam accires & sociali fœdere jungeres? Penè  
TE solo FRISIORUM animo vidente lætamur, &  
TUÆ CONJUGIS fulgentissimâ religione exultamus &  
& gaudemus. Dari etiam optamus, ut optimâ hâc felici-  
tate, nostra Patria diutissimè lætetur & triumphet.

*Comprecor ex animo, Voti sic contraho summam.*

HUNC DEUS ALME, TUO JURE TUERE  
DUCEM.

In hujus voti mei fidum sacramentum CELSITUDINI  
TUÆ hoc leve munus utique offerre decrevi tantisper,  
donec DEI munere meliora præstare possim. Unde si  
DEUM T. O. M. TUAM CELSITUDINEM, &  
PROPINQVOS spectaverim, animo meo ilicet allube-  
scet vota cordis ingeminare, ut ILLE actiones omnes  
TIBI secundet, consiliis eventus reddat pares, TEQUE  
communi nostro solo diu commodet, & peractâ longâ  
durâque peregrinatione, sospitem exterioribus ab oris  
in Patriam Nobis Civibusque restituat, quò

*Salve amor! & FRISIÆ salve tutela decusque  
Acclamet reduci Patria tota TIBI.*

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

*Humillimus CLIENS*

JOHANNES BENGEN, A. & R.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,

DE  
SCORBUTO.

THESIS I.



*Orpus sanum, Hospes est anima, agrum Ergastularius.* Quid sapientius hac *Vernulamii gnome Augm. scient. l. 6. c. 3.* si dixit! aut quid verius, etiamsi non dixit? Quapropter pro Ergastulo lætum hospitium animæ procurare pro modulo nostræ mediocritatis actutum animo allubuit. Sed ut telam à perverso ordine incepisse, mox præpostere ne videar texere, etiam quod ordo vera rerum sit anima, non inconsultum fore duxi, si methodiam pro naturæ suæ claritate genuinam ad bene esse hujus moliminis, ut inde omnium paragraphorum inter se convenientia rectè riteque possit judicari, observavero, & adhibuero. Idcirco ex omnibus corpus nostrum præcipuè eo modo afficientibus Endemicum & familiarissimum nostræ œconomix Hostem Scorbutum publicæ disquisitioni subicere animus fuit: Utpote è quo tanquam è Pandoræ pixide morborum Ilias derivatur, ut πολυγενῆν, ἢ πολύπλοον hæud injuriâ dicas, unde diversi scriptores, in respectu ad insignem ejus accidentium & symptomatum, quibus malitiam suam ostendere gestit, diversitatem, nomina differentia prudenter indiderint, varia variè variabo.

I I.

Magnum Medicinæ Parentem, venerandæ antiquitatis se-  
nem illum *Hippocratem* morbum hunc duobus in locis, ubi  
de magni lienis nomine & volvulo *Hæmatite* agit, exactè descri-  
psisse, ut vix alium aliquem inveniamus morbum cui majori  
cum convenientia verba ejus accommodari possint, ubi sic ait.

I I I.

Nonnullis præcipuè veteribus hic morbus dicitur *Stomaca-*  
*ce* ab oris vitio, quòd gingivæ à dentibus dissociantur, quò  
qui laborant, pessimè foetentes halitus ore & naribus efflant.  
*Scelotyrbe* à cruciatu crurum vocatur, quia in multis crura quasi  
exanguia videntur, ut homo vix incedere possit. *Foresto* nomi-  
ne *Gingibracii* venit, cum & brachia interdum afficiat; Ab  
aliis autem exprimitur *Gingipedium*, quòd gingivas & pedes  
conficiat. Q. *Serenus Empiricum Marcellum* secutus *Oscedi-*  
*nem* appellat:

*Hinc Oscedo fugit, cedunt quoque vulnera lingua.*

I V.

Alemanniæ populis placuit arguere titulo *Schorbuch* aut  
*Scheurbuyck*, quia Scorbuticorum ventres flatibus usque adeò  
distendi solent, ut planè penèque convelli videantur, & ex  
hoc vocabulo derivatum mihi videtur Latinum Scorbutus,  
nec ullam aliam vel Græcorum vel Latinorum convenientio-  
rem adinvenire valeo notationem: Hæc itaque de diversis  
morbi nostri nominibus & Etymologia sufficiant.

V.

Prout vita nostra in proportionati caloris succique chylosi-  
nutritii distributione consistit, & à sanguine potissimum de-  
pendet; sic etiam *Aer*, cui innatamus, ad nos & intra nos  
per inspirationem admissus sanguinem variè afficit, fermen-  
tationem vitalem conservando, & nimiam humorum tur-  
turgescientiam temperando, idque beneficio particularum ni-  
trofarum, quibus scatet: Nitrum enim halituosum obvoli-  
tans in aère, per materiam subtilem attenuatum, per sulphu-  
ra dulcificatum, blandiori motu & acie benignâ raram red-  
dere



## S D I S P U T A T I O M E D I C A

dere solet sanguinis & humorum mixturam, unde quò majorem copiam benè modificati salini nitrosi aëris admittimus, eò rarior nostra redditur textura, eò & major transpiratio per inspirationem. Quoties autem acido-salino-muriaticis & aquis instructus particulis, & id genus aliis inquinamentis gravis, inspirando admissus sanguinque admistus, toties ad Scorbuti generationem facit aër: Ratione enim materiæ subtilis nil aliud agit, nisi premere & rarefacere massam nostri corporis fluidam, verùm si illa rarefactio major, quàm sufficiat capsulis terrestribus illæ disrumpuntur & iustar exuviarum depositarum mixturam reddunt inæqualem, coagulant & incrassant, si verò pressio gravior sit, iners & ponderosa redditur mixtura. Sic aër istis abundans heterogeneis particulis multarum obstructionum, stagnationumque humorum in machina nostra causa esse potest, constringendo etenim spiracula cutis inconspicua, impedit, quò minùs materiã crassior cum subtiliore possit evolare, transpirante autem lymphã subtiliore, relinquitur materia crassa, pituitosa, quæ per vasa lymphatica introrsum repulsa, sanguinque admixta totam massam sanguinis inquinare solet. Ex quibus est, ut hisce in locis borealibus, paludosis, maritimis uliginosis & planis Scorbutus maximè familiaris sit, imò & sæpè endemius existat, ut vix aliquis inveniatur, qui non ab incunabilis inevitabili hoc vexetur affectu: Ex quibus suboritur eas partes salinas nobis esse maximè inimicas, quæ sunt maximè graves, rigidæ, acutæ, varias humorum secretiones & concretiones producere valentes, quas in borealibus regionibus experiri debent incolæ mari viciniores, quoniam salia ab effluviis telluris, maris, aliorumque corporum ad illos deferuntur muriatica, marina, nullo modo immutata, nec terrestribus particulis obducta, nec fatis attenuata, ut nitrosæ indolis spirituosam acquirant figuram & motum, unde sanguinem crassiorum & fixiorum & ad pneumatosis egregiam inhabilem reddunt, uti videre est in spiritu salis, & sanguine mixtis, unde densior, & crassior, ope spiculorum rigidiorum salinorum illic admistorum redditur

tur consistentia, quæ ægrè sanum deinceps peragit circuitum, & miasma Scorbuticum sibi facillè contrahit.

## V I.

Aërem sequuntur *Cibus & Potus*, qui præmissa diætâ bona sanitati provident, & amissas vires restaurant, ita ut mens mens sit sana in corpore sano: Econtrâ si in modo sumendi exorbitemus, magis depascunt, cruditates augent, & brevem reddunt vitam; Siquidem sanguis, assumptorum sequitur mixtionem, nam qualis cibus, talis chylus, qualis chylus, talis sanguis, qualis sanguis talis corporum dispositio, vid. *Celeberrimi Wedelii Theoremata Medica*. Observamus quotidie, eos præ aliis maximè Scorbutico affligi, qui alimentis sale ac fumo induratis, crassis, viscidis, terrestribus, & id genus aliis, quæ difficilioris sunt concoctionis, utuntur; quoniam cibi isti crudiores nullam ferè imminutionem & exaltationem suarum partium admittunt in ventriculo, ob duritiem & cohæsiorem omnem fermentationis potentiam respuunt, & ventriculum gravant obstructions & adstrictiones inducunt varias, ita ut vasa subsequenti officia sua ritè præstare non possint, unde actiones postea depravatas dependere necesse est; Sic & ii, qui genio suo acidorum, saccharatorum & simil: nimio indulgent usu, languenti malè consulunt stomacho, quoniam ipsæ partes alimentosæ fiunt acres, posteaque in chylum mutatæ, sanguinique commixtæ irregularem reddunt mixturam per præcipitationes, vel exaltationes nimias, & falso-acidis suis particulis fomentum huic morbo præbent sufficiens. Ut & à potu insalubri, ut sunt cereviasia recens, non ritè fermentata, vetustate acescens, nimis spiritus vini usus, imprimis matutino tempore assumptus, vina acida, turbida, subaustera, computationes nimia, & poculorum certamina, nec non potiones saluti feræ; (potius mortis) die *gesundheits-truncke* non minus etiam potus ferotini, die *Schlaff-truncke* qui liquorem gastricum enervant, eumque nimium diluunt, ita ut laudabilis illa sanguinis, succique nutritii eucrasia, unde sanitas, & vires sustentantur,

mutetur in utriusque dyscrasiam. O quàm malè suæ confu-  
lunt sanitati isti Gulosi & Lurcones, quibus summæ felicita-  
tis loco est, varia, non explendæ, sed excitandæ siti, potu-  
lentorum genera quærere, quos tandem *tremor, dolores erra-  
tici, Arthritis vaga Scorbutica, Padagra, Convulsiones, Atro-  
phia* &c. divexant, exturbântque eos cruciabiliter è *Vita*, quo-  
rum voluptuantium usque & usque deploranda occurrunt  
exempla! Suum quoque addunt aquæ nimirum corruptæ,  
crassæ, fœculentæ, graves, subsalsæ, ut enim *Arbanas. Kirch.  
de Peste l. 1. c. 9.* rectè monet: „Aqua pernecessarium inter  
„ omnia elementum, non minima Scorbuti causa, tam ratione  
„ exhalationum ex ea, & aërem incrassantium, quàm ratione  
„ potus, unde non miremur, cur totius septentrionalis plagæ,  
„ & locorum maritimorum incolis Scorbutus fit morbus en-  
„ demius.

## VII.

Hæc excipiunt *Motus & Quies*. Ubi si motus nimius est  
variis morbis foribus aperiri necessum est, nam sanguinis mo-  
tus, qui merè est propulsivus, eodem ferè modo, ut una  
gutta aquæ aliam per angustiores canales protrudere solet,  
valdè turbatur, nobilissimæ & subtilissimæ sanguinis particu-  
læ dilapidantur; Motus nimius turbando corpora juxta *Comms  
„ sect. 4. aph. 14.* & absumendo humores laudabiles, nil nisi  
„ vappidæ, vel salsas, fixiores & terrestriores derelinquit par-  
„ ticulas. Idem, si intempestivè & mox à pastu instituitur, ef-  
ficat, ut nullus laudabilis generetur chylus, sed rapido isto  
motu sanguini admisceatur eúmque suis particulis heterogeneis  
inquinet, unde obstructions, & simil. Quæ Scorbuto obe-  
diunt, oriuntur. Hinc *Galenus de Sanitat. tuend. c. 2.* „ Non  
„ debet, inquit, cum administratur exercitium, crudi inco-  
„ ctique cibi, aut succi multitudo, vel in ventriculo, vel  
„ in vasis contineri, unde periculum sit, ne priùs quàm per  
„ maturam coctionem utilis sit, in omnes animalis partes rapia-  
„ tur. Quiete verò nimia circulatio sanguinis plus solitò im-  
peditur ob spiritus salinos compressos divisionem aliàs præstan-  
tes,

tes, hinc sanguis à suâ spirituaſcentia, motu & volatilifatione decedit, inſenſibilis humorum tranſpiratio ſufflaminatur, qui in extremis partibus ſubſiſtunt, & varias ſtagnationes & incarcerationes humorum & ſpirituum, qui Scorbutum anſam dant, pariunt: Hinc delicatuli, ut Fœminæ, literati ſtudiis nimium inyigilantes, aut vitæ ſedentariæ multùm indulgentes, magis huic malo ſunt obnoxii, quàm qui vitam degunt laborioſam.

V I I I.

Similiter *Somnus & Vigilia* corpus reficiunt, & ſanum conſervant, ſi autem immoderatiùs iis indulgeamus, ſanguis ſalibus ſuis volatilibus deſtituetur, & intemperies craſſa ſanguini conciliabitur, hinc debilitas pulſus, virium, & laſſitudo totius corporis, ex hiſce eadem ſerè incommoda, quæ Scorbutum minitantur, ut ex motu & quiete liquidò emergunt.

I X.

*Excreta & Retenta*, ſi in exceſſu, vel defectu peccent, affectum ritè hunc producere queunt; Prout enim fermenta exiſtunt priora, ita & fermentata diſponuntur ad majorem vel minorem ſecretionem ſuorum ſalium, terræ, & aquæ, unde ſtimuli excretionis vel majores, vel minores redduntur: Si verò ea ob nimiam acridinem & continuam viſcerum roſionem excernantur, quæ retineri debebant, ut menſium nimius fluxus, dyſenteria, hæmorrhoides, & ſimil ſuccum nutritium profundunt, ut ſenſim h. m. præcipitatæ partes chyloſæ ad nutritionem inidoneæ evadant, unde ſanguis particulis ſuis balsamicis depauperatur, vires infringuntur, & ſalia ſui juris jam exiſtentia agere incipiunt, quæ ſenſim ipſum ſanguinem acriorem reddunt, & fluxus immodicos cum Torminibus horrendis ad Scorbuti generationem plurimùm facientes produciunt. Ut & Veneris nimius uſus, vid. *Gliffon. anatom. hep. pat. c. 45.* Ubi inquit, Venus refrigerat corpus, vitiat coctiones, articulos debilitat & extenuat, robuſtiſſimum ventriculum reddit imbecilliſſimum, & exiguum ſeminis diſpendium plus damni infert ſpiritibus, quàm ſi vigefies tantum ſanguinis detractum fuerit.

Evacuaciones consuetæ, si supprimantur, halitus è stagnantibus particulis producent malè figuratos, qui ulterius pergentes ipsum sanguinem & lympham tardiozem & ad motum ineptum reddunt, ut & caput gravant, & spiritus animales à motu perturbant, uti in retentione ex purgationum consueta- rum quotidie observatur.

X.

Ultimò consideranda veniunt *Animi Pathemata*, quæ non minorem labem machinæ nostræ, quam reliqua, inferunt, sic videmus in ira, ubi mixtio sanguinis valdè turbatur, & contrariis velut motibus agitur, unde spiritus producentur concitati, nil nisi in summo motu constitutas particulas ignis & sulphuris instar flagrantes ad cerebrum & mentis præcipuam sedem vehunt, hinc variarum idearum confusiones oriuntur, & mutationes generantur. Contrarium videmus in mœrore & tristitiâ, ubi nempe sanguis lento nimis motu cordis penetralia pertransit, ejusque orificia quasi constringit, hinc spiritus concentrantur & paulatim deficiunt, unde torpida redditur machina corporea, & ad actiones præcipuas inepta, imò & ipse sanguis vigorem suum sensim amittit, & ventriculo debitum fermentum denegat, à quo chylicatio postea non ritè peragitur, unde aperta porta Scorbuto & similibus.

X I.

Quales casses œconomix animalis à rebus sex nonnaturalibus fati temerè Medicis ita dictis struantur, in præcedentibus lustravimus & explicuimus? Jam videndum, quomodo diathesis Scorbatica à viscerum contrahatur culpâ. Viscerum officia sunt dependentia, unde errante & vitiosè agente uno, reliqua sua incommoda patiuntur. Primò nobis occurrit ventriculus, pancreas, ac vasa lactea & sanguinea, nec non glandulæ mesenterii: Ventriculus enim succo fermentabili perpetuò instructus, iisdem ferè vitiis obnoxius, ut omnia fermentantia in rerum naturâ, quæ motum intestinum fortiozem ineundo, salia è cellulis suis nimis in apicium producent, unde fluor vel aciditas oritur, quæ, si in nostro fermento conspiciantur,

tur, famem caninam & ructus accidos excitant; hinc ventriculus omnia, quæ in totius alimoniam exceperit, in crudum, ferofum, & acidum sæpius chylum permutat, unde instar farinæ acido fermento instructæ gravia & ponderosa redduntur assumpta, imò & salia volatilia, quæ in alimentis deliteſcebant, h. m. præcipitata & in muriam verſa balsamicas partes deturbant oleoſas, eodem modo, ut in ſpiritu nitri & oleo caryoph. invicem mixtis fit, unde ſolidior conſiſtentia olei fluidi redditur.

Similiter in glandulis & reliquis vaſis hoc accidit, ubi nempe ſucci nutritii propter pororum & meatuum obſtructionem ſtagnare, & acidam naturam in magnum machinæ noſtræ detrimentum aſſumere coguntur. Ob quam vaſorum affectionem, ut malum ſemel vires cœpit, vix radicitus evelli poteſt: Semina enim quædam relinquuntur, quæ Scorbutum ſingulis annis aut pluribus interlabentibus pro pravi victus ratione, aut mali magnitudine, in viſceribus relicta, renovant. vid. *Bruc. p. m. 60.*

Affectus noſter nonnunquam vitio hepatis oritur, quoniam hepar ob copioſiſſimos ſuos acinos glanduloſos obſtructionibus facilè obnoxium eſt, hinc negato fermento ſalino volatili reliquæ partes lymphaticæ & ſanguinæ ſubſident, & retardantur in ſua activitate, unde ſalia fixa, muriatica ſucco auctero prædita ſenſim in ſanguine prædominium obtinent, vitioſumque ſanguinem Scorbuti genitorem producunt. Hinc non immeritò eruditi ſtatuunt Ictericum inde poſſe produci.

Nec Lien hujus morbi productioni rarò contribuit, quoniam, ſi ipſius ſtructuram inſpiciemus, illum ex innumeris vaſorum filamentis conflatum deprehendemus, fortè nullum alium ob uſum, quàm ut ſœculentias atrabilarias, quæ ſale fixo & terra conſtant, excipiant, & ſecernant, aded ut humorum mixtionem accuratiori inſerviant; Si quando à liene obſtructo vel debilitato ſœculentiæ iſtæ atrabilarie non ritè ſequeſtrantur, ſed in illius cellulis ſtagnare coguntur, plurimi inde fiunt halitus, qui majus loci ſpatium expetentes, vaſa

propria distendunt, in quæ tandem succi copiâ majori delapsâ & congregatâ duritiem manifestam efficiunt, quæ sua extensione vicina loca premens difficilem sanguinis tardioris circulationem reddit, hinc totius corporis lassitudo à spirituum vegeto motu intercepto vel fixato, qui productioni affectionis hypochondriacæ, magnam cum Scorbuto affinitatem habentis ansam dant. Non autem illis, qui Scorbutum semper & omninò à Liene malè affecto statuunt, assentimur.

## X I I.

Scorbutus interdum hæreditariò contrahitur, ita ut instar Luis venereæ à Parentibus in natos derivatæ absque aliis causis, sive externis sive internis, fructus morbidos, affectionis Scorbuticæ indolem referentes producat. Ita novi, inquit *Cl. Willisus* stirpe valetudinaria oriundos, doloribus artuum vagis, macularum eruptione, gingivarum & dentium erosione, & carie affectos fuisse; Insuper observare est, parentum Lue venereæ tactorum natos, symptomatibus gravioribus affectionis Scorbuticæ æmulis, obnoxios degisse. Hujusmodi affectuum causa in hoc consistere mihi videtur; Quòd cum semine & sanguine Parentum dispositio figuræ & materiæ morbificæ cum fœtu sit communicata, cujus particulæ in membranacearum, nervosarumque partium poris hærentes, tandem in fermentum abierunt, quod certo anni tempore cum æthereis corpusculis per aëra fluitantibus porosque corporis ingredientibus fermentationem concipientes, humores transfluentes in sui naturam transmutant, qui obstruendo & condensando miasma Scorbuticum producant. Hinc *Manuanus*

*Qui viret in foliis, venit ab radicibus humor*

*Et patrum in natos abeunt cum semine morbi.*

Eodem ferè modo & ratione horribile hoc malum contagiosum transfertur in sanos, ut sc. à viro in mulierem, aut ab hac in illum, per tactum, (in coitu) spermaticum, à nutrice ad infantem, adde quòd non rarò oscula infantia salivam mutuam permisceant, quæ delabens in ventriculum, postmodum ulterius & venenosi fermenti instar reliquas fluidas vicinas partes

tes ineptum postea in solidas facturas ad nutum suum disponit. *Sennert. de Scorbutol. l. c. 3.* observavit, quod post mortem quoque ex extinctorum cadaveribus toxicorum ad instar aliis venenum communicari possit. Propterea rectè inter eos morbos refertus, qui *ab Hippocrate* propriè *ἐνδημίων* seu indigenæ & populares vocantur, & ex putredine contagii aliquid adipiscitur, quo inficit alios suo halitu & afflatu oris seu contactu & simil.

## X I I I.

Hisce ritè consideratis & enucleatis, inquirendum restat, quæ affectus nostri causâ proxima & continens sit; illam sanguinis dyscrasiam pariter ac vini duplicem, nempe sulphureo-salinam, ac salino-sulphuream pro causâ debere agnosci cum *Cl. Willisio*, & nonnullis sanioribus statuimus. Hæc ut faciliùs intelligantur seq. sunt perpendenda: Machinam nostram corpoream constare particulis solidis & fluidis, h. e. vasis & humoribus, quamdiu debita est mixtura fluidi pressa à materia subtili per solida organa benè conformata. h. e. quatenus vasa in sua formâ & figurâ salva permanent, humores à spirituaſcencia, & fluiditate sua, qualitate & quantitate, non declinant, sed alia humido sufficienti diluta in cellulis corporum terrestrium ritè dispositorum secundum poros, & superficieculas blanda & amica unione continentur, eatenus corpus nostram audit benè constitutum, imò balsamicam & vitalem indolem obtinet: Inde colligimus, *omnes morbos à partibus fluidis primariò, secundariò à partibus solidis dependere.*

## X I V.

Hisce præsuppositis palàm est, omnium corporum activitatem, motum & fluiditatem *primariò à spiritu, materia subtili & sale, secundariò ab aqua*, tanquam vehiculo omnium corporum ut & à terrâ, quatenus auxilio præcedentium particularum in motum *inimicum* reduci potest. Sub nomine spiritus comprehendimus omnia fluidissima, quæ materiæ subtilis motum velocissimum sequuntur. Materiam subtilem corpora diversa moventem hic illic sese intricantem, primum munda-

notura



norum corporum propulforem & motorem agnoscimus. Salla per se considerata constituunt particulas oblongas, rigidas, ferratas, ab omni parte scindentes, pungentes, & uno verbo sunt rectores & balsama hujus universi, quæ omnia unius ejusdemque generis existunt, nisi ratione mixturæ partium aquosarum, & intricationis ratione partium terrestrium figuræ & virium mutationem aliàs acquisiverint, suntque ob hanc causam duplicia fluida, vel solida. Fluida sunt particulæ mediante materiâ subtili & plurima aquæ copiâ instar gladiorum scindentium in fluorem redactæ, quæ ob spicula ferè undiquè ab ipso aquæ consortio circumsepta debiliora existunt, & nomen ut plurimum apud chymicos mutant, sic spiritus vitrioli ab oleo ratione phlegmatis differens multò minorem activitatis gradum obtinet, ut e.g. spiritus vitrioli nunquam attingit corpora ramosa ob interstitium phlegma, oleum verò vitrioli statim. Acetum destillatum per se multò debilius existit aceto esurino Veneris ob easdem rationes. Solida salia nunquam validiorem impetum exercent in corpora terrestria, nisi per circumrotationem ignis illis communicatam, quæ 1. ratione materiæ subtilis diversimodè in tubulis exceptæ modificationem variam obtinent. 2. Diversitatem & modum agendi ab occurso & nexu partium terrestrium mutuo, quibus intricantur, sortiuntur, sic alio modo agit sal commune, alio nitrum, alio armoniacum, e.g. totaliter destruitur sal commune per terrestria alcalina, exaltatur econtrà sal armoniacum per eadem, spiritus salis armoniaci præcipitat martem, non verò venerem, sic & salia acida, omni corpore ramoso denudata, inimica sunt omnibus corporibus in rerum natura, quatenus per excellentiam omnes suas exercent actiones ope punctorum ubivis in plurima serie dispositorum: sed juncta ramosis, sulphureis volatilibus, natura acidi invertitur, & tanta mutua fit fixatio, volatilifatio & exaltatio, ut vix ullo modo divortium denudè patiantur, sic oleum sulphuris acidissimum insipidum redditur, ut & oleum vitrioli in oleo thereb. vel convenienti alio, idem contingit in perfecta unione sp. vini rectificati & spirit. nitr.

nitr. spir. falis armon. & sp. nitr. & hinc tam perfecta fit combinatio sulphuris tenuissimi in spiritu vini existentis rigidi spiritus nitri & falis poros replentis ejusque puncta stupida reddentis, ut mixtura inde resultet temperata, dulcis in scholis Medicis dicta: uti mihi præter infinita alia experimenta curiosiora in collegio PhysicoChemico Clarissimi Domini le Mort Præceptoris & Evergetæ mei æternum venerandi videre licuit. Hæc de salium origine & operandi modo, licet plura essent dicenda, ne prolixus videar, & à scopo aberrare, sufficiant.

## X V.

Ex præmissis patet, salia per se considerata causam esse morbificam, nec in corpore nostro posse subsistere extricata h. e. vinculis suis terrestribus denudata, quin in terrestria involucra feroci impetu agere incipiant, & cellulis terrestribus disruptis è lacera constitutione corporis terrestris undique emergendo pleræque obvia de loco turbent & pellant, ita ut color & consistentia statim mutetur corporis solidi & fluidi, ut manifestè in fermentationibus & effervescentiis patet liquorum, hinc depositio & secessus particularum, motus perturbatus humorum, totiusque destructio, & nil nisi morbi & mortis aculeos, spiculæque exhibere solent, quatenus nempè sulphuream blandam suam naturam deserunt, magisque alcalinæ, vel acidæ, vel muriaticæ, vel alius naturæ fiunt, uti in præsentia affectione videmus.

## X V I.

His ita examussitatis, facilior nobis ad abstrusissimam hujus morbi essentiam inquirendam aditus patebit, si eam à sanguinis dyscrasia dependere statuemus, quatenus nimirum sanguis ramoso-falinus liquor sero innatans mixturam magis vel minus fluidam recipit, & ab externis vel internis causis diversimodè actiones statui naturali repugnantes exerit, eatenus ratione particularum diversimodè in sanguine peccantium, duplicem Scorbuti causam asserimus, calidam nempè & frigidam. Per calidam intelligimus, ubi tenuia spirituosa salia levioribus ramosis associata prædominium obtinent, quæ instar ignis totum cor-

pus sua acie & nimio motu scindunt, & pungunt, ut & motum obviis liquoribus velocissimum imprimunt, unde celerimã mediante agitatione materiæ subtilis nimia, motus fermentativus, & ebullitiones salium cum sero acidiori excitantur, quæ quòd magis ad summum exaltationis gradum pervenire, multo serò dotata, eò magis ad acidum acre inclinant, & sanguinis mixturam raram nimis & extensam spumofam reddunt, & quasi adurunt, à qua postmodum effluvia salina ulterius communicata disruptione mediante involucrorum terrestrium secessum procurant salis, terræ & feri paucissimis illæsis perstantibus balsamicis particulis, tum sanguis sale in fluorem redacto insigniter inquinatus ratione ipsius majoris vel minoris adustionis, varii generis symptomata producit. Prout etiam in omnibus mutuò concurrentibus salibus observatur, aliqua inflammatio, motus, calor, & similia, quæ distensiones partium, dolores, pruritus, palati, dentiumque corruptionem, rodendo & excavando partes sibi obvias, præcipitando humores circumfluos ulcera cacoëthica & similia excitant incommoda, sic varios obtinent gradus, & non semper ad unum eundemque malignitatis gradum perveniunt, quoniam salia, quamvis unius sint naturæ, ratione dilutionis, repletionis & intricationis diversimodè suas exercent actiones, sic etiam salia Scorbutica diversimodè agitata, dephlegmata, fluidiora, vel rigidiora toto cælo differentia symptomata & phænomena in iisdem corporibus producant, & vix plura sulphurum, saliumque genera in Hermeticorum officinis, quàm in sanguine Scorbuticorum invenire est: Hinc non miremur, quòd Scorbutus, quatenus totum corpus tanquam fluidum penetrat, & corrosiva faldine humores nostros instruit, agmen malorum secum trahat, & lue venerà pejora sæpius symptomata producat; Neque id præter rationem, quatenus una eademque utriusque generationis ratio est, & ita ad amissim utriusque morbo quædam symptomata tam sunt communia, ut nonnunquam vel expertissimis Medicis perdifficile sit alterum ab altero distinguere, multisque morbis sese aliena tectus larvâ

vâ conjungit, ita ut non rarò nostri temporis Medicis imponat, & Proteo mutabiliorem esse juraveris. Hinc corruptelæ de uno loco in alium transeunt, imprimis frigidam si pensitemus Scorbuti causam, in qua sanguis terrestribus, austero-acidis & aquosis scatet particulis, quæ motum materiæ subtilis difficilius sequuntur, & ob copiam aquæ & salis tanquam graviorum corporum impetum in nostros humores facientium, sanguini motum debilem & tardum inducunt, vasâque contrahunt, unde nostra salia volatilia in salia armoniaca conversa, fixiora & rigidiora evadunt muriatica succo austero prædita, acidum toti massæ communicant, ut & aër falsus per inspirationem admissus ipsius acredinem muriaticam augere, & salivam tanquam specificum ventriculi fermentum, uti è præcedentibus liquet, inquinare solet, hinc 1. minor exaltatio, vitiata digestio, distrubutio liquorum, omnia fermenta delasata, & loco spirituum vividorum, rosidorumque crassi totumque corpus gravantes generantur, humores acidi spiritus suffocantes cum lassitudine totius producuntur. 2. Ob defectum spirituum balsamicorum in vappam rediguntur partes lymphaticæ sale acidiori, austero plurima terrâ & aqua imprægnatæ, quæ in partes solidas impetum facientes varias ibidem læsiones, abscessus, mortificationes & similia producere solent; Imò observârunt Practici serum aded corrosivum ex naribus Scorbuticorum effluxisse, ut linteamina intincta eroserit, quæ etiam exemplum Clarissimum Dom. le Mort in Matrona observasse recordor, quæ post ulcus circa genæ inferioris partem in variis locis aperturas obtinuit, quibus omnibus ferè curatis restitit unum foraminulum, quod nunquam obducere potuerunt, ex quo postea acerrima materia profluebat, qui humor æque cum alcali & acido effervescebat; De nimia hujus succi aciditate plura essent dicenda, sed quis omnia recensabit?

3. Particulæ illæ salinæ, corrosivæ si lege circulationis ad ambitum corporis exteriorem delatæ, in glandulis subcutaneis & poris ibidem malè figuratis stagnantes in feri & sanguinis particulas ramoso-sulphureas agant, rosiones, dolores, inflam-

mationes, & præcipitationes in extremitatibus cutis efficiunt, salia pro modificationis modulo varias producant variationes macularum Scorbuticarum, ut albarum flavarum, rubrarum, lividarum, nigrarum &c. Eodem ferè modò, ut videmus mercurii solutionem præcipitari à sale communi in pulverem album, à sale tartari in flavum vel luteum, cum sale volat: oleoso & spiritu salis armoniaci & lixivio sapon. in nigrum. Ex hisce omnibus colligimus, Scorbutum singulatim à sale communi muriatico in nimia quantitate admissio posse produci, quod & diu navigantes, quibus alimenta sale & fumo indurata, & id genus alia, diutino in usu sunt, satis superque demonstrant, ideòque incolæ remotissimi Septentrionales, in Gronlandia & similibus oris optimè agunt; qui à falsamentis abstinent, & oleo, pinguedinèque quacunque usque ad prodigaliter utuntur, quoniam integram pintam olei balnearum unico haustu ebibere queunt, hinc etiam illæ regiones pessimè Scorbutu affliguntur, ubi sal commune nimio in usu versatur.

## XVII.

Hisce prælibatis, ut essentiam hujus morbi paucis completamur verbis, talis ejus videtur dari posse descriptio, quod sit morbus endemius & maximè familiaris in hisce oris septentrionalibus, orta ex cacochymia falsa muriatica universali omnium ferè humorum, jam celerrimo, jam tardo pede procedens, jam obstructions & condensations, nunc verò post stagnationem & consequentem resolutionem continui, febres subitaneas, colliquationes membrorum, humores purulentos, defecationes cutis varias & similia producens nequiora symptomata.

## XVIII.

Habito ad diversam causarum indolem respectu, differentia existunt signa, quorum alia in his, alia verò in aliis observantur. In genere autem morbo nostro incipiente sentitur, inquit *Wierus* toto corpore gravitas, & lassitudo spontanea circa præcordia angustia, cæterum, quia signis, quæ in cruribus

ribus efflorescunt, lippis & tonsoribus hodiè hic morbus notus est, nolo diutius his immorari, gingivæ pruriunt, dolent, si leviter contrectantur sanguinem stillant, & colorem à naturali rubedine mutant ob communicationem salis aërei fixioris muriatici, qui ibidem hærens cum saliva corrosionem efficit, unde putredo sensim ex masticatis in interstitiis dentium hærentibus cibus producit, qui halitus fœtidi per inspirationem ulterius serpentes sanguini communicantur, & venenosi fermenti instar omnes humores ad nutum suum disponunt, unde varii generis in commoda & symptomata producuntur pessima, scilicet, si nervosum genus & functiones animæ isthoc malo infestentur, oriuntur Melancholia pessima & deliria, ob suppressos ante nunc acriores factos spiritus animales horridas ideas animæ offerentes, Vertigines, Cephalalgia, Coma somnolentum aut Vigilæ immoderatæ, Paralysis nunc unam partem, nunc plures occupat, prout nempe humores ratione subjectorum varie se applicant, varias sedes & vias sibi excavando præparant, modo enim ratione materiæ subtilis vel remissiores, vel ferociores sunt, & modò frigidus effectus producant, prout nimirum sua acredine salina membranacea & tendinosa cerebri latera vellicant & pungunt. Acerbus ille hostis, quando imperium sibi circa thoracem rapit, sequentia emergunt incommoda, respiratio difficilis, sed quia omnibus thoracis affectibus hoc accidens commune est, diligenti distinctione opus est, quò respirationis difficultatem, Scorbuti comitem, ab eâ, quæ thoracis morbos sequitur, discernamus, vid. Eugalen. cordis palpitatio, tussis, dispositio ad Phthisin, hæmoptysis, lipothymia &c. Appetitus cibi in aliquibus languet, in nonnullis manet, inflatio ventriculi imprimis post cibum, adeit quòque subinde nausea, prout humor vitiosus est, & putredine affectus, qui in stomacho eructat, & nitrosa qualitate eum imbuat; si acidus semper appetitum quasi renovat, sed assumpta non exultat, ideòque vomitum conjunctum obtinet. Levem sentiunt ægri punctiorem in hypochondriis. Quandoque ad intestina, hinc dolores ferè intolerabiles,

lerabiles, ut peritonæum dirumpi videatur, quod disruptum  
 Dolæus annotat. Interdum umbilicus ob mesenterii & intesti-  
 norum convulsionem introrsum retrahatur, & sæpè hinc co-  
 lica Scorbutica oriatur, cui frequenter insignis stranguria con-  
 juncta est, vid. Charl. Dolores hi Scorbutici aliquando etiam  
 sunt fixi, & artus infestant, ut Arthritidem simulent, & non-  
 quam infensissimi & pertinacissimi, ut doloribus venereis sint  
 simillimi, sed & sub noctem alios gravius, uti in gallico mor-  
 bo, alios sub horas matutinas excruciaci audimus, sic etiam  
 variæ descædationes cutis, ut maculæ initio exiguæ, ac pu-  
 licum morsus imitantes, mox ampliores & sparsæ, plumbeæ,  
 lividæ, rubræ, flavæ, nigræ, non tantum in cruribus, sed  
 & in collo, dorso, lumbis & brachiis efflorescunt, sed pro-  
 bè notandum, quod non rarè morbus hic priùs occidat, quam  
 dictis illis in gingivis, ac cruribus efflorescentibus signis, se  
 prodat & ostendat. Nigra aliquando macula cum vel sine pu-  
 stula se offert, quæ erosa cute & carne in ulcus foetidum de-  
 generat, ægrè cicatricem ducens, malignum & gangrænosum:  
 adeò ut sensu abolito, quorundam sic laborantium crura, ferrum  
 immissum non sentiant. vid. Eugalen. observat. Accedunt dein-  
 de multa alia etiam signa pro ratione viscerum affectorum, & tem-  
 porum, & variant symptomata; Multis crura marcescunt, qui-  
 busdam intumescunt. livor crurum quandòque in totas infe-  
 riores tibiae ad pedes usquè se diffundit, ut in Elephantiasi &  
 cachexia. Aliis rursus crura sic attenuantur, ut ossa videantur  
 sola cute tegi, accedente Atrophia. Alvus aliis siccessit, aliis  
 fluit. Urinæ eorum hoc morbo laborantium sunt variæ, in  
 principio morbi sæpè sunt tenues & citrinæ, quandòque cras-  
 sæ & albæ, quales in omni cruditate reddi solent, aliquando  
 in iis instar pinguedinis apparet supernatans tartarus, qui char-  
 tæ immisæ solet adhærere, crescente verò morbo nonnun-  
 quam tenues & rubræ intensæ rubedinis, sed ad fuscum decli-  
 nant, apparent, similes iis, nisi quòd obscurè livescant, quæ  
 in ardentibus febribus redduntur, frequenter crassæ urinæ ap-  
 parent & rubræ: Ex quibus tamen nihil certi de hoc morbo  
 consti-

constitui potest, nisi humorum quoad salia diversimodam constitutionem in melius aut pejus ruentium. Pulsus ut plurimum est inordinatus, sæpè debilis, inæqualis, pro morbi tempore & virium ratione, sæpè etiam magnus & durus, sæpè ob malum inveteratum & radicum sanorum similis deprehenditur, inde nec ex eo infallibilia signa speranda, nisi collatione plurium signorum externorum & internorum de ipsa morbi constitutione prudentior evadat circumspectus Medicus.

## X I X.

Signis ritè perspectis de eventu morbi futuro divinare licet, iis tamen non temerè credendum, ne Medicus per incertam prædictionem malè suæ consulat, famæ; In genere Scorbutus maximus est in hyeme, minor in æstate. Senibus gravior est & adultis, quippe eorum ætas languida & spiritibus animalibus indigens. Pueris Stomacace crebrius, Scelotyrbe rariùs accidit. Mulieres citiùs corripiuntur hoc morbo quàm viri, ob vitam otiosam & delicatulam. Scorbutus, qui hæditaris est, & propagatur à parentibus, difficulter admodum, vel nunquam nisi perita Medicorum manu curatur, sed levissima de causa repullulat. In principio malum hoc si cognoscatur, curatu facile est, at ubi jam augefcente indies pravitate, inveterascere incipit, frequentissimè in atrophiam & Tabem, quandòque in cachexiam, Melancholiam, aut Hydropem, interdum in Dysenteriam degenerat. Scorbutum aliquando & antecedunt & consequuntur febres; quandòque antecedunt ardentes. malignæ, duplices tertianæ & quartanæ. Consequuntur febres quartanæ, sicut & febres quartanæ terminentur in Scorbutum, & vicissim Scorbuto superveniant aut complicentur febres, ut observavit Brun. p. m. 15. In hisce oris Septentrionalibus adeò Scorbutus familiaris est, ut nullus ferè reperiatur morbus, cui non aliquid Scorbuti subsit, quare etiam nonnulli æstiment, omnibus medicamentis, hisce videlicet in regionibus antiscorbutica esse admiscenda & feliciùs faciliùsque hac ratione curari ægros, vid. Deck. Maculae ubi apparent lividae signum præbent futuri morbi & dejectiones



ctiones virium, si non citius succurratur. Ubi pars aliqua afficitur & induratur cum livore pessimum est signum, quoniam mortificationem illius partis minuitur, quod præcipuè in ore infantum est observandum, ubi dentes nigri fiunt, & gingivæ intumescunt lividiores factæ, sed ubi gena ipsa h. m. afficitur, metus est, ne tota facies illo humore erodatur & pereat sæpius spatium 30, vel 40 horarum, uti observavit Cl. le Mort. Livor faucium in Scorbutico signum Lethale à Cl. Brunero dicitur, Morientibus ex hoc malo maculæ conduntur & evanescent. nonnullis verò à morte rursus erumpunt, ut idem annotavit, quod optimè tempore pestis observandum. Livida ubi apparent urinæ in Scorbutico pessimum, ubi aquosæ salium spiculis minimis refertæ diurnitatis & pertinaciæ signum pronunciant, ubi ulcera, Sorbus, ranula, & similia producta jam existant, & tenue fetidum pus fundant, rarius sine internis medicamentis medelam admittunt, quod in omnibus ulceribus est observandum. Ubi Scorbuticis viscera jam dura, inque Scirrhum vergentia & tumoribus obfessa sunt, vel pulmones exulcerati, ubi spes abiit omnis, dicimus cum *Medicorum Principe Romanorum Celsò, quæ supra hominem sunt, Deo committe & tuæ consule fama.*

## X X.

Hiscæ superatis, reliquum est, ut rectâ curæ nos accingamus, quæ respectu humorum in corpore abundantium varias agnoscit indicationes, quæ tamen vulgari methodo ad hæc tria capita referri possunt, nempe ut sint Curatoriæ, quæ morbum ipsum & ejus symptomata respiciunt, & tollunt. 2. Præservatoriæ in causarum antecedentium ablatione, & diætâ consistunt. 3. Vitales partes corporis omnes & patientis vires conservant & restaurant. Hiscæ indicationibus ut satisficiamus, ex triplici fonte chirurgico, pharmaceutico, & diætetico convenientissima & morbo & ægro remedia haurienda sunt.

## X X I.

Ex fonte chirurgico primo loco se offert Venæ Sectio: Opti-

Optimè in omni morbo melancholico, inquit Craan, instituitur V. Sectio, sic igitur in Scorbuto, qui ad Melancholiam, ut diximus, accedit, aliquando utilis ea est, & sanguinis fixi, crassique evacuata parte sensim ille laudabilis restituatur, ut medicamenta sanguinem postea pervadant & regant. Licet autem apud plurimos Encomiis infinitis celebretur hoc remedium, & tempestivè adhibitum in aliquibus egregiè prodesse possit, nihilominus tamen non indiscriminatim hoc in affectu adhiberi debet, sed præstat, nisi plethora, vel febris, vel alii quicunque motus sanguinis inordinati eam urgeant, ab ea abstinere.

## X X I I.

Ex Pharmacia majus nobis sperandum est solatium, quæ suppeditat 1. Alterantia seu præparantia sunt minora purgantia, quæ succum fermentabilem reddendo sale muriatico leviter acri instruendo magis tenues & lubricos solent reddere humores. 2. Evacuantia, vel *κάρω*, ut sunt lenientia & purgantia, vel *έρω*, ut emetica, diaphoretica & diuretica: Quæ omnia respectu humorum in corpore abundantium, quos tantum duos in hoc affectu statuimus, calidos nempe & frigidos, variare debent, In genere ubi pallor, lassitudo, & totius corporis habitus ad actiones celeres obeundas ineptitudo, signa defectus salis sulphurei præbent, ibi digestiva & antiscorbutica, quæ sale volatili ubertim sunt imprægnata, conveniunt: ut rad. armoraciæ, tamarisci, raph. vulg. rust. & Hispan. capp. helen. acor. galang. ζ. aperient. &c. & imprimis cort. Winter. sassaf. beccab. cochl. fumar. scord. Ex quibus varia composita solent præparari, ex compositis digestivis meritò censentur aqua antiscorb. Mynf. Dorner. tinct. Will. spirit. antisc. Le Mort, item Deck. elix. antiscorb. Rolfinc. tart. crem. crystal. sal. tart. vitriolat. chalybeat. pilul. tartar. Quercet, pulv. stomach. ejusdem. elect. antiscorb. Schrod. elix. p. p. sal. volat. oleos. quocunque modo parat. Sunt, qui vino rhenano, in quo raphanus in orbiculos concisus aut contusus fuerit maceratus, usi, multum se levari sentiant  
Brun. p. m. 67. D Ubi

Ubi causa morbific. in calida sanguinis dyscrasia consistit, digestiva seu alterantia temperantiora in usum quæ sanguinis intemperiem corrigant, sunt revocanda : ut rad. cichor. petrosel. chin. gram. eryng. herb. endiv. fumar. tarax. scolopendr. scabios. Flor. genist. sambuc. lupul. Frax. uvæ pas. corinth. mala citr. limon. aurant. junip. & simil. Quidam lac omniâque lactinia rejiciunt quidam verò experientiâ & ratione freti laudant, lac enim ajunt, acrimoniam temperat & humectat, optimèque assumitur duabus horis ante cibum, instillatis nimirum spiritus cujusdam specifici guttis aliquot e. g. cochlear. chelidon. armorac. falis armoniac. &c. vid. Deck. ut & eugalen. observavit in febribus Scorbuticis ægros frequentes à morbo surrexisse, qui lacte & lactiniis usi fuerant, quàm qui ex Medicorum vixissent præscriptis. Idem huic lacti thym. incoquatur & post coct. croci paululum huic miscetur cum modico melle vel sachar.

## X X I I I.

Inter Evacuantia primò vomitoria se sistunt, quæ, uti in variis gravissimis morbis generosissima sunt remedia, ita in hoc affectu non carent usu, imprimis si humores illi vitiosi in primis viis h. e. in ventriculo ejusque confiniis collecti, vix commodiorem reperire poteris viam, per quàm foras eliminari queant, quàm si ope emetici per gulam rejiciantur, modo vires non sint nimium prostratæ. Usitatiora omnium sunt mineralia, & quidem illa, quæ ex antimonio parantur, infus : vitr. croc. metall. tart. emet. Mynsicht. sulph. antimon. Glaub. aq. bened. Rul oxyfacch. emet. Ang. sal. & similia, qui verò tenuioris sunt constitutionis, illis propinari potest aut vinum scyllit. vel serum lactis, vel jusculi copiâ vel pennâ guttur stimuletur.

## X X I V.

Pro humorum diversitate modò laxantia, modò purgantia in usum revocari debent, sic etiam in nostro affectu calido vitentur fortiora purgantia, ut elater. Helleb. esul. colocynth. & simil. exhibeantur potiùs temperantiora, quæ sanguinem & humores

humores non exagitant, ut sen. rhab. gialapp. agaric. extr. agar. rhab. panchym. Crol. cathol. mercur. dulc. pulp. tamar. pilul. stomach. Quercet. antiscorbut. Timæi. elect. diapr. Sylv. pilul. hier. simpl. de hiera cum agarie. alephangin. de fumar. ac diasen. quas Wierus laudat, cæquè vel simpl. vel mixtæ pro varia corporum constitutione & diversorum humorum purgandorum mixtura sunt propinandæ.

## X X V.

In hoc affectu sint diaphoretica antiscorbutica volatilia, oleosa & spirituosa, humores pituitosos, viscidos, blandè incidentia, acidioresque vel austeriores corrigentia & alterantia, bilemve acriorem, crassioremve, vel salivam falsiorem continud deglutitam temperantia e. g. ut terra sigillat turcica, succin. sulph. lap. bezoard. orient. & occid. unicornu C. C. essent. fumar. card. ben. viperar. spir. sal. armon. tinct. bezoard. diasc. fracast. theriac. cœlest. antim. diaph. bezoard. mineral. syrup. è succ. card. bened. fl. papav. errat. fol. Scord.

## X X V I.

Serum falsum, quod in Scorbuto non parum peccat, optimè per diuretica expellitur; præterea diuretica sint plerumque spirituosa, incidentia, aperientia volat. quæ omnia in Scorbuto omnibus palmam præripiunt: Eminent inter hæc spir. baccar. junip. sambuc. thereb. frag. sal. nitri. tart. sal. armon. tinct. aperit. Mœb. bals. sulph. simpl. anisat & juniperin. lap. prun. aq. diuret. Schrod. nephrit. Zwelf. Quæ omnia pro varia sc. ipsius Scorbuti origine, progressu & causa sunt exhibenda.

## X X V I I.

De omnibus Scorbuti morbis & affectibus, quia universali methodo docemur, nihil necesse est, diutius hinc immorari, quæ apud Autores rectiùs & melius leguntur; Quâ vero ratione & quibus medicamentis dira illa Scorbuti symptomata, à quibus nempè ægri salus in extremum deducitur discrimen, mitigari & ad medium statum reduci possunt, modo exponemus.

## XXVIII.

In Cephalalgia Scorbuticâ, cephalica Scorbuticis mixta sunt simul exhibenda.

In respiratione difficili spirit. sal. armon. cum tinct. croc. & aq. cochl. specificè prodest, spir. C. C. tinct. antim. vel sulph. castor. pro subita dyspn. merè spasmodicâ, si quando gravissimè urgeat, sedatione; nullum præsentius remedium expertus est Willis. quàm laudan. opiat. tinct. ad gut. x. vel xij. in liquore convenienti exhibitam

Gingivæ ubi fiunt laxæ & putridæ; adstringendo & mundificando illis occurre, v. g. si pars aliqua circa gingivas, vel dentes erosa & fœtido purulento humore repleta observetur cum plumaceolo oleo vitrioli fortissimo imbuto pars affecta illiniatur, siquæ repetatur ter vel quater donec partes malè figuratæ planè sublatæ fuerint, dein fiat seq. collutio R. cort. granat. nuc. gall. an. ℥ss. fl. balauft. ℥ij. fl. ros. rubr. mj. herb. saly. rut. an. mss. alum. crud. ℥iij. coq. sim. in s. q. aq. c. colat. ℥xij. add. mell. rosat. ℥ss. F. collut. quæ partes affectæ diligenter eluantur, si verò altius malum hæreat ad ℥iv. tantùm redactum præced. decoct. post. colat. recipiat. vitriol. cypr. Div. merc. dulc. ℥ss. MF. collut. fort. quæ & ulcera maligna citissimè mundificari possunt. Wierus commendat seq. aq. R. arsen. sublim. ℥ij. alum. ust. ℥iiss. pulveriscentur & in aq. plantag. ℥ss; bulliant ad horam in vase duplici, postea spongiola madefacta ad gingivas, apponatur, cautè autem hac aqua est utendum propter arsenic.

In dolore crurum, manuum, pedum & similibus semper est annitendum, ut humores temperentur & nimius istorum humorum motus compescatur ut deniquè partium tonus affectarum restituatur, ibi seq. commend. R. fl. sambuc. chamfol. nasturt. aquat. an. mj. bacc. junip. miss. concisa & crassè contusa coque vas opt. clausis in s. q. feri lactis pro fot. s. catapl. calidè apponend. convenit & pediluvium Myns. ut & foment. Brun. Ad maculas Scorbuticas Riverius habet lotionem pedum seq. R. absynth. rorismar. sabin. nasturt. an. mis. salis commun.

mun. mij. coqu. in aq. c. q. s. pro lotionē pedum, eaque fo-  
veantur loca maculis infecta. Huic addi possunt nitri & sul-  
phuris an. ℥ij vel ℥ss. ut tantò meliùs penetret.

In doloribus ventris atrocissimis, præ aliis conducit seq.  
Clyst. ℞. fol. cochl. hyosciam. fl. chamom. roman. sambuc. an.  
m℥. summit. absinth. mj. rad. enul. camp. ℥ij. bacc. junip. laur.  
℥v. coq. s. a. in s. q. lactis vasis opt. clausis colat. ℞. ℥viii. vel  
x. add. elect. de bacc. laur. ℥v. vitell. ovor. No. 1. MS. ℞. cly-  
ster. Internè prodest spirit. salis armoniac. super cort. aurant.  
infusus, cum spirit. bacc. junip. vel sem. anis. mixtus atque  
exhibitus, essent. absinth. cort. aurant. enul. si cerevisiæ in-  
stillentur.

In tensionibus hypochondriorum seq. linimentum calidè  
hypochondriis inunctum prodest: ℞. ol. lumbric. terrestr.  
chamom. Roman. cochlear. per infus. an. ℥ss. MS.

In doloribus arthriticis conducit essent. pini & spirit. lumbr.  
terr. comp. D. Mollenbroccy. Externè seq. liniment. ℞. ol.  
petr. terræ sapon. Venet. camph. an. ℥j. spir. sal. armon. spir. vini  
per præcip. rectific. an. ℥ij. M. F. agit. liniment. Pro delicatulis  
autem sufficit ol. terr. camphorat. cui aliquid lign. Rod. fuerit  
permixt.

In Paralyfi Scorbutica usui esse potest seq. liniment. ℞. ol.  
succ. ℥ij. ol. antipodag. D. le Mort ℥ss. sapon. venet. ℥i℥.  
cochl. ℥ij. spirit. salis armon. ℥j. spirit. vini rectificat. ℥iij. MS.  
F. agit. liniment.

In Hydrope Scorbutica probè attendendum est, ne in cu-  
ratione prius impingamus & salus ægrotantis nobis elabatur,  
quàm morbus cognitus fuerit, quoniam communia hydropis  
remedia, vulgaremque curationis modum hydropi competen-  
tem, adèd hoc malum respuat & contemnat, ut non ab eadem  
intra Medicorum manus præter expectationem ita affecti ex-  
pirarint. vid. Engeleni observ. Inter specifica melioris notæ re-  
censentur pilul. hydrotic. à Zwelf. in pharm. Aug. p. m. 213.  
descript. elect. hydrag. Sylv. tinct. alli essent absinth. lixiv. diu-  
ret. decoct. sudorif. Quercet. aq. hydrot. Sennert.

Ubi

Ubi salia acriora sibi vias patefecerint erodendo & ulcera maligna producendo, nunquam curari poterunt, nisi per decocta lignorum & antivenera, sed non infimæ fortis est seq. decoct. vilioris pretii: R. rasur. lign. querc. ℥vii. ras. lign. junip. ℥iv. fol. malv. hed. terrestr. an. Mij. liquirit. ras. ℥v. salis tart. ℥β. aq. c. ℥. x. coq. sim. post macerat. trium horar. dein decoct. ad tert. part. consumpto F. colat. pro potu ordinat. exhib. ubicunque salia biliosa adsunt & color rubicundus, sulph. præsent. arguit, ibi temper. subacida medicamenta in usum trahenda, neūtiqum mera volat. vel oleosa, unde spirit. nitr. dulc. & omnia, quæ ex nitr. præparat. in hoc casu conveniunt. Ubi præcipitationes lividæ & lassitudines conspiciuntur, nunquam nisi salia volat. in usum sunt trahenda, præcipue in quibus camph. etiam dissoluta est, quæ hic instar panaceæ existit, tam internè, quàm externè, *loquor ex ore Cl. le Mort*; Ubi verò per excellent. peccat humor Scorbuticus, & jam ruinam corporis minitetur, salivatione opus cautius adhibita, in qua notandum, non opus esse etsi centum adessent ulcera, ut aliquid iis applicetur, quoniam per se coalescunt, imò optimum est in ulceribus Schorbuticis fumum cinabaris adhibuisse nativæ vel factitiæ super ligata lamella tenui ex æqual. part. mercur. saturn. & regul. antimon. conflata feliciter internis benè medicamentis adhibitis, & quod præcipuum est bona abstinentiâ à pipere, *Zingibere*, acidis, falsis & fermentatis liquoribus, curabitur æger.

## X X I X.

*Exactissima dieta medicamentis*, inquit *Cl. Barbette*, præstat, sine quâ morbi sunt incurabiles. Eò itaque annitendum, ut in administrandis sex rebus non naturalibus mediocritatis leges observentur: Sit ergò aër benè dispositus, Cibi, si in corpore sano mentem sanam habere velimus, sint eupepti & euchy-  
mi, ut panis secalinus præfertur triticeo, carnes juniorum animalium, ova forbilia, ex piscibus concedi possunt, salmones funduli, perca &c. imprimis verò autiscorbutica cum cibis parata conducunt, ut *endiv. nasturt. acetos; cocht. portulac.*

tulac. becab. spinach. rad. petrosel. raph. rustic. scorzon. aspa-  
rag. & id genus alia cocta, quibus enumerandis hoc loco bre-  
vitatatis gratiâ supersedemus. Potus sit cerevisia opt. defœcata,  
& lupulo modicè condita ex antiscorbuticis alterata, com-  
mendatur etiam vinum absinthites, &c. chamædrites, ad hæc  
non contempendam palmam conferre comperti sint Animos  
hominum delibutos reddentes potus isti medicamentosi, viz.  
infusio lign. sassafr. herb. Thée, Coffée. Neque fumus  
Nicotianæ in assuetis excitabit, juxta illud *Consuetudo non facit  
passionem.* Motus & Quies moderatè se habeant. Somnus  
& Vigiliæ justa & debita proportione inter se alternent. Al-  
vus & Vesica officii sint memores. Animi pathemata cane &  
angue pejus sunt vitanda, gaudio atque hilaritatis studeat æger.





EXIMIO D. DOCTORI,



I MEDICIS Linguae tot sint, quot Dedala tellus  
Submittit flores, & quot poma educat annus,  
Aut centum ex solidis si sint conflata metallis,  
Ora, fluant quales insana per æquora fluctus;  
Morborum species, non, dicere nomina possint.

Continuò divæ (crudelia Numina!) PARCÆ  
Dives opus texunt non enarrabile nostri  
Supplicium, totidem STEROPES BRONTES ve;  
PYRACMON

Haud vinci possunt, aut in contraria ferri.  
Naturâ vitæ insidias meditantur & optant  
Sternere, mortali vitiato in corpore succo.  
Ah PARCÆ! genus omne hominum, genus omne ferarum  
Per vos conficitur, per vos à luminis oris  
Digreditur!

Quid facitis? Querimur. Quæ vos Divûm ira fatigat?  
Obsecro, ne meditata animis assuefcite fila  
Corripere, & rabidos nobis proferre dolores  
MYRMIDONUM DOLOPUM ve lues, ut lethifer hic est  
SCORBUTUS, carnis consternans cæde PENATES,  
Corporis heu pestes quot fert? non major arenæ  
Est LYBICÆ numerus; quoniam omni est tabe refertus:  
Quo super imperium attoniti proferre nequibant  
Antiqui MEDICI; sed adhuc sub Judice lis est.  
Longè aliter res ipsa quidem: nam falsa striatis,  
Corpora, ferratisve plicis pugnancia nobis  
Non novère, quibus nostra hæc sunt ARCTICA membra  
Indupedita prope: Atque hinc nostra pericula cautos  
Nos faciunt tolluntve simul nunc ad rationem,  
Ingenii vires omnes adhibere reposcunt:  
Quâ ratione Tuam GNOMEN dulcissime JANNES  
BENGEN apponis longè gravioribus extis.  
O multis venerande mihi dignissime DOCTOR  
Nominibus! simile haud certè est (ut dicitur) æquè  
Lac lacti, non unda undæ, non ignibus ignis,  
Atque Tibi virtus, quare Te semper amabo.

*Amicè deproperavit*

NICOLAUS APATI, P. D.